



**Venatio Sacra. Sive Puer Amissus**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia IX. B. Virgo Amorem, quasi venatorem implorat; & emittit qui  
Puerum errantem, ceu hinnulum, capiat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70011)

Nescit enim seris nox cœca quid aduehat horis ,  
 Et necis, an vitæ pignora Virgo feret.  
 Risi Amor, rapidoque volans premit axe timorem,  
 Qui graue funesto puluere tardat iter.  
 Quid lacrymis æquas gemitus & vota querelis ?  
 Tolle tuas tecum degener umbrâ minas.  
 Quid metus obœxit cœcâ caligine cœlum ?  
 En, sine nube redux, quod precor, aura nitet.  
 Prospice, quām longum chorus hic trahit aliger agmen,  
 Ad Matrem Pueri qui redeunte reddit.  
 Cede Timor, tandem Spes vicit amœna Timorem.  
 Quā fugit arte Puer, non fugit ; exsul amat,  
 Hic ubi nil reliquum credas, tan.en omnia speres.  
 Spes ubi læta viret, floret amœnus Amor.  
 Floris ut instar Amor crescit, sic crescit Amoris  
 Fructus ; ut hæc carpas gaudia, semper ama.  
 Hæc tibi spes lætis præflorebat idonea curis ;  
 Vota seras Solymæ, gaudia certa metes.

(a) In Ægypto hodieque ficus ostenditur, que  
 Matrem & Puerum in fuga, ubi saeva ingruerat tem-  
 pestas, sinu suo sponte tum dehiscenti receperit.

### ELEGIA IX.

B. Virgo Amorem, quasi venatorem,  
 implorat; & emittit qui Puerum er-  
 rantem, ceu hinnulum, capiat.

1. Mittit Amor suos affectus, ut canes.
2. Nonnulla Pueri vestigia offendit.
3. Queritur se non plura, nec clariora vestigia  
 deprehendere.

**L**Ynceus eia sacram venator discute prædam,  
 O Amor, explora laxa, virilia, specus.

Virgo

Virgo iubet, teneri quam cura fatigat alumni,  
 Quem par flamma coquit, iusta facessit Amor:  
 Explorator Amor, quo nemo sagacior Argus,  
 Seu nox furua tenet, seu magis alba dies.  
 Alter is Acteon (sed iam non fabula) prædam  
 Qui premat acer equo, præpete siue cane.  
 Cura, labor, spes, vota, preces, fiducia, mœror,  
 Actimor, & volucrī mista timore fides  
 Vestigat, canis instar, iter fugitantis IESV,  
 Dux ubi Spes omni plus cane prompta sequi est,  
 Deprendit timor hinc rapidi vestigia pardi;  
 Inde legit mœror triste leonis iter:  
 Nam Solymo quacumque premis vestigia saltu,  
 Emula forma pedum signat & umbra feram.  
 Nempe reas hic scriba nocens meditatur ad aras;  
 Quod leo non ausus, nec tigris ausa scelus.  
 At subit huc meliore comes Fiducia passu,  
 Candida cui felix annuit omen aus.  
 Cerne, columba caput niueis circumvolat alis,  
 Et recta Solymo limite tendit iter.  
 Spes suores bibulis ut naribus hauserat auras,  
 Puluerulenta leuem flebit in arua furgam.  
 Ecce tibi, nimæ nota calcis adumbrat IESVM;  
 Ad Solymæ turres queis sacra thura litant.  
 Deprendi facilis pes monstrat iturus euntem,  
 Cœlite sentires sub pede stare rosas.  
 Tum propiora legens Gnati vestigia Mater,  
 Sæpe rigat lacrymis prævia signa suis.  
 Quaque cauis calidos imbres instillat arenis,  
 Sic mihi clam tristi murmure visa queri est:  
 Si pes scriptus homi signat ceu littera Verbum,  
 Cur pedis è signo vox mihi nulla redit?  
 Lingua nec vlla ionat, mutis interpres arenis,  
 Quæ sit inexpertis nuncia fida vijs?  
 Umbra nec vlla stat apia loqui de perpetu Verbo,  
 Solis ut illa mei nobile monstrat iter?  
 Aduena Niliacas Puer ut deuenit in oras,  
 Iamque peregrinis exsul oberrat agris?

**I**ndice Mercurio stans ad caput omne viarum (a)

Edidici Phario compita secta solo.

Ipse viæ sed enim dux quid nisi fabula vanus

Mercurius ? malim Numinis ora sequi.

Nec meus ambages Puer erudit ipse viarum :

Qui via certa mihi cur labirynthus erit ?

(a) *Mercurius*, ὁδηγός, id est viarum dux, collocari solitus in quadriujs, viam ut indicaret dubijs viatoribus.

## ELEGIA X.

**D**olet se non posse, venatorum exemplo, capere prædam suam.

1. *Ingemiscit adhuc aufugere suum Hinnulum.*

2. *Vestigia optat exosculari.*

3. *Videt forie obuio ab venatore prædam capi, nee abs se Puerum deprehendi dolet.*

**S**ic Matrem, sic ergo fidem, sic ludis amorem ?

Sic fugis ah! Ceruam Ceruule blande tuam ?

Eia faue, facilisque redi, simul influe pectus ;

Magna cui pars hoc pectore Gnate sedet.

Hoc vitinam gremio pars cætera sidat Alumni !

Vt quid dimidio non nisi vivat Amor ?

Totus at incertas Amor auolat exsul in auras,

Et mea spes, omni plus aue, rapta fugit.

Quaque fugit, tacitis profugum cor abripit hamis,

Vita simul rapto deuia corde fugit.

Nec redit, ignoras abit irreuocandus in oras ;

Sive rapit remus, seu leuis aura vehit :

Idque redux roseos ubi iam ter solis ad ortus

Pegasus pernix Phosphorus egit iter.

Luce carens oculus mutis caligat in umbris,

Hei mihi, lux vitæ cui perit alma suæ !

Spines